Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ceremonie atq; iudicia quę locutus
ē ad filios israel ꝗ̃ egressi sunt de egip
to. ultra iordanē in valle cōtra phamū
phogor. in terra seon regis amorrei qui
habitauit in esebon. quem percussit mo
yses. filii quoq; israel egressi de egypto
possēdiunt terram eius. et terram og regis
basan duorum regum amorreorum qui
erant trans iordanem ad solis ortum.
abarcer quę sita est iuxta ripam tor
rentis arnon usq; ad montem seon
qui est hermon. omnē planitiē
trans iordanē ad orientalem plagam
usq; ad mare solitudinis. usq; ad
radices montis phasga. ·V·

Vocauitq; moyses omnem
israel. et dixit ad eos. Audi
israel ceremonias atq; iudicia
quę ego loquor in auribus uestris hodie.
Discite ea. et opere explete. Dominus
deus noster pepigit nobiscum fedus
horeb. non cum patribus uestris pac
tum. sed nobiscum qui in presentiarum
sumus uniuersi. facie ad faciem
locutus est nobis in monte de medio
ignis. Ego steti inter dm̃ et uos in tp̃e illo. ut annū
ciarem uobis uerba eius. Timuistis
enim ignem. et non ascendistis in mō
tem. Ait. Ego sum dominus deus tuus
qui eduxi te de terra egypti. de domo se
uitutis. Non habebis deos alienos in
aspectu meo. Non facies tibi sculpti
le. nec similitudinem omnis quę in celo
sursum. et quę in terra deorsum. et q̃
sunt in aqua sub terra. non ado
rabis ea. et non coles. Ego enim sum
dominus deus tuus. deus emulator. reddens ini
quitatem patrum in filios in tertiam
et in quartam generationem his qui oderint
me. et faciens misericordiam in milia milia
diligentibus me. et custodientibus pre
cepta mea. Non usurpabis nomen
dei tui frustra. quia non erit impu
nitus qui sumpserit nomen ei
assumpserit. Obserua diem sabbati ut
sanctifices eum sicut preceptum tibi deus tu
us. Sex diebus operabis. et facies omnia
opera tua. Septimus dies sabbatum est
dei. requies dni dei tui. Non facies in
eo quicquam operis tu. et filius tuus. et filia
tua. seruus tuus. uel ancilla tua. bos
et asinus. et omne iumentum tuum. et peregri
nus qui est intra portas tuas. ut requiescat
seruus et ancilla tua. sicut et tu. Memento
quod et ipse fueris in egypto. et eduxerit
te inde dominus deus tuus in manu
forti. et brachio extento. Ideo precepit
tibi ut obseruares diem sabbati. Ho
nora patrem tuum et matrem tuam.
sicut preceptum tibi dominus deus tuus.
ut longo uiuas tpe. et bene sit tibi in
terra quam dominus deus tuus daturus
est tibi. Non occides. neque mechaberis.
furtumque non facies. nec loqueris con
tra proximum tuum falsum testimonium.
Non concupisces uxorem proximi tui.
non domum. non agrum. non seruum.
non ancillam. non bouem. non asinum.
et uniuersa quę illius sunt. Hęc uer
ba locutus est dominus ad omnem mul
titudinem uestram in monte de medio
ignis. et nubis. et caliginis. uoce magna.
nichil addens amplius. et scripsit
ea in duabus tabulis lapideis. quas
tradidit mihi. Vos autem postquam
audistis uocem de medio tenebrarum.
et montem ardere audistis. accessistis ad
me omnes principes tribuum. et maio
res natu. atque dixistis. Ecce ostendit
nobis dominus deus noster maiestatem et
magnitudinem suam. Vocem eius
audiuimus de medio ignis. et pro
bauimus hodie quod loquente deo cum
homine uixerit homo. Cur ergo morientur
et deuorabit nos ignis hic maximus.
Si enim audiuerimus ultra uocem dei
dei nostri. morientur. Quid est omnis
caro ut audiat uocem dei uiuentis
qui de medio ignis loquitur. sicut